ante contractus, et tempore contractus et post contractum et quod conficitur velle habere instrumentum de duplo, ut sic saltem sit locus delationi iuramenti Archiepiscopi in dicto, c. ij. determinat quod non. Jo. an. ibi dicit hoc dictum non recipi in scholis, et in iudicijs reprobari quod nota. Et pro hoc facit. Nam ex consuetudine hominis presumitur qualitas facti de pigno, illo vos et s. qui semisses, de usu, r. c. et si questiones, de symoni. Unde saltem ex istis debet redundare semiplena probatio ut sic sit locus delationi iuramenti, sed hoc intelligo servata distinctione qua f. eo, c. fi. Quid enim si ille cui dicit nunc gratis mutasse, est amicissimus vel prima consanguinitatis vel affinitatis linea coniunctus certe non est verisimilis presumptio quod contractus sit usurarius ex circumstantijs ergo iudex arbitrabitur an sit ei iuramentum deferendum. Circa precedentem intellectum quero quid si per iuramentum istud de veritate non potest de vera sorte liquere ut quia creditor dicit de centum, debitor de x. Solutio dicit hosti, cōsiderandum verum precium rei et consuetudinem creditorum, ut si conficitur velle pignus ad valentiam dupli et quod mutat et sic sua subtilitate iudex veritatem inquirendo causas decidat ar. ff. de pigno, actio, l. si seruos, in fine, r. l. qui semisses, prealle, vel scōz cū his consideratis, et fama veritas ista vel illi vsqz ad certam quantitate de qua sibi videtur deferat iuramentum f. c. fi. omnibus, his deficientibus oportet eū absolui f. eo, c. fi. Itē faciunt hec ad aliam questionem cotidianam quidam repetit vsuras quas soluit ticio probat de sorte et tempore quo duravit obligatio. Itē quod ille est solus fenerator ad tot pone quatuor denarios pro libra, et de solutione vsurarum probare non potest, queritur an ex presumptōe debeat condemnare pro tempore quo duravit obligatio ad summam ad quas ostendit ratio quatuor denariorum, p. libra, Jo. an. dicit quod sic et dicit hoc multociens seruatū fuisse in foro boni, ecclesie ad quod faciunt iura superioris allegata in quibus dicitur attendenda fore hominis consuetudinem ut, ff. de probationibus, si cyrographum, r. l. de apo, pu, quicunqz, l. vi. Ita, d. are, ut recitat cy, in, l. i. l. d. proba, tenet contrarium dicit enim probandam solutionem pecunie factam ex tali causa, sicut probandum est ipm creditorem tantum de fructibus percepisse allegat ista decre, r. c. ad nostram, el. i. s. codē, Jo. an. inherens opinioni sue dicit quod quantitas perceptionis fructuum non sic venit presumptiue sicut quantitas vsurarum etiam in supra dictis terminis et dicit quod hodie forsitan per libros rationū decidatur predicta per de vnici, c. ti. et cū hoc deo transcant hic pmaniter doct. moderni. Ego dubito que istam opinionem, preualeat Itaz contra Jo. an. facit quod cū vsurarum habet in se annexum crimen Itē de iudex ecclesiasticus cognoscit ut nota, xvi. q. vi

si episcopum, et infamiam iuxta ea que nota in, s. porro, ij. q. vij. et l. l. improbum sensus, l. ex qui, ca. ideo videtur quod ex solis presumptionibus non sit in tanta causa iudicandum maxime cum non sint violente ut enim dixi, s. potuit alijs mutare sub vsuris, sed isti non quia erat amicus vel alias sibi seruierat et sic non probat hoc etiam quod ab hoc contingit abesse, c. ij. de transla, prela, r. l. neqz natales, l. de pba, quinimo posset dubitari nunquid sit locus delationi iuramenti per ea que nota, in, c. tam litteris, de testibus, facit ad predicta quod nota, Inno. in, c. quia verisimile de presump, posset tamen admitti per ea que, s. dixi et per, c. az in diocesi, de usu, et in hoc dubio recurrat ad iuramentum, seruatis tamen his que notantur et habentur in dicto, c. fi. et sic concordarem has opiniones. Quero qualiter respondetur per iuramentum istud de veritate, So. dicit glo. i. q. per verbū scio vel nescio, sed in iuramento calunie, Respondetur per verbum credo vel non credo, dicit tamen singulariter glo. fi. q. eque preiudicat confessio de credulitate sicut de veritate intellige tu de facto proprio non alieno, ut in, c. licet, de proba, r. c. cum cam, de testi, Itēz dicit quod si respondet per verbum non credit non incidit in peruriam licet postea probetur contrarium Secus in iuramento de veritate, ar. in, c. az in positionibus, f. c. ti. li. vi. et vide latius per fre. consilio, xxij. in fi. et idem quod, g. ista tenent speculatores in ti. de posi, s. vi. v. hoc tamen, et Ly. in, l. ij. s. quod obseruari, l. de iura, ca. dicit enim Inno. hic quo ad primam partem glo. q. i iuramento de veritate responde non solū de eo quod scit etiam de eo quod non vidit si indubitatam habet de eo noticiam, exemplum de xpo constantino et iustitiano imperatoribus dicit tamen Jo. an. Archiepiscopi, dixit se quod hec non sunt verba Inno, sed certe Inno. hanc sententiam expresse etiam firmat et latius prosequitur in, c. fi. de iura, calunie ubi etiam Jo. an. et hosti, tangunt et vide quod ibi dixi et in, c. lras, c. ti. Secus est in teste fin Inno. ibi et hic quod testis habet deponere de his non solū quod nouit seu indubitatam habet noticiam et de his que acta et gesta sunt in presentia ipsius, l. testis, l. d. testi, et optime probatur, ij. q. ix. c. testes, Illa dicta glo. sunt clara ideo specialiter non prosequor et in eo quod vltima glo. dicit non esse malū ut in causis spūalibus iures simul de calunia et de veritate dicenda dicit hodie ut habet in, c. i. de iuramento calunie, l. i. vi.

**Intellecto** Calus. Si is qui preest iuravit non alienare non valet alienatio quā postea fecit etiam si iurat non ptranēre si pmaniter summat et hec summatio nimis restringit lram que fundat se non solū sup iuramento sed etiam sup iur debito ut f. latius dicitur ideo summo sic, Si posuit in dignitate alienat bona dignitatis

non valet alienatio et ipse et reuocare debet non obstantem iuramento de non reuocando maxime si prius iuratur non alienare hoc dicitur fin verum intellectum pro non primo factum corrigendum secundo corrigi mandat ibi nos. submittens causam mandati. ibi quia Nota primo regem non posse alienationem facere de bonis et iuribus regni. bona enim sunt dignitatis et non propria ipsius regis licet ipse habeat iurisdictionem et administrationem ipsius hinc est quod regnum vel comitatus seu alia dignitas non dividitur post mortem regis etiam inter filios defuncti ut le. et nota. in. c. licet. d. vo. et de hoc aliquid. Nota secundo quod sicut administrator ecclesiasticus potest reuocare alienationes que ipsa fecit indebite fecit de iuribus dignitatis et administrationis sue. ut i. c. si quis presbiterorum. d. re. eccle. non alie. Ita et positus in dignitate seculari. quoniam necesse potest s. d. v. h. c. xij. q. ij. non liceat. xxxv. q. ix. quod quis commisit Nota tertio quod rex coronatur et tempore coronationis iurat non alienare bona regni Ex quo inferitur quod Rex non est merus dominus iurium regni. sed potius prepositus et administrator. sicut in episcopo cum consecratur ut hic in principio glo. Item tempore coronationis rex inungitur. de qua uicione in. c. unico. d. sacra vnc. Quero quid si iste rex non iurasset prius facta alienatione iuravit non reuocare Sed. iste tex. prima fronte videtur velle quod tunc non possit contrarietate cuius non reperitur hoc iuramentum alteri esse contrarium. et sic cessat ratio. et hoc idem videtur velle glo. in prin. dum arguit vltimum iuramentum de non reuocando esse illicitum. quia est contrarium primo licito. quia si vnum contrarium est bonum et licitum reliquum malum est et illicitum. xxxij. d. hospicio. Sed contrarium firmiter est tenendum. quia ut. s. dixi bona regni non sunt propria ipsius regis sed dignitatis regalis hinc est quod glo. notabilis. in. c. moyses. vij. q. i. arguit per illum tex. reges eligendum per electionem sicut imperatores. xlij. d. legimus. l. glo. arguit in contrarium. vij. q. i. denique. et xxij. q. i. c. si. et de consuetudine seruatur hoc vltimum. et ita probatur in. d. c. licet. de vo. dicit tamen notabiliter Inno. in. c. grandi. de sup. neg. prela. li. vi. in principio speciale esse in regno. quod reges non possunt priuare necesse filios sed neque fratres nec alios sanguineos ex stirpe paterna descendentes a regno sola voluntate licet papa vel alius superior possit ipsum priuare ex causa. d. c. licet de vo. hinc quod fortius est disputatur de viribus donationis facte ecclesie per constantinum quod fin omnes imperatores non potest ad libitum alienare iura imperij. licet habeat inter seculares principes supremam potestatem Et tenetur promittere quod imperator non possit alienare in grane preiudicium imperij l. valuerit donatio facta ecclesie. quod illa superior et non est proprie alienatio cum papa habeat saltem in habitu a deo iurisdictionem in te

poralibus. de qua questione plene per bar. in. pbenio ff. et per Jo. an. de lig. in. de. romani. f. et. Si ergo imperator non potest fortius nec Rex. vij. q. i. in apib. et. xvi. d. si imperator. Iuramentum ergo de non reuocando alienationes indebite factas est illicitum quia contra ius promittit et tendit in alterius dignitatis preiudicium ergo non seruandum. s. eo. cum contingat. in. si. l. c. ij. d. pac. li. vi. et. c. sicut nostris. s. eo. Nam iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis. s. eo. quanto. et. xxij. q. ij. aduertendum et hoc videtur velle glo. nostra in medio in v. huiusmodi enim iuramenta et. vsq. ad finem. non obstat iste tex. a contrario in eo quod ponderat primum iuramentum quod si bene ponderetur mouetur per duas rationes quarum quilibet est per se sufficiens. Prima quia in preiudicium regni. et pro honore regis alienare non poterat Unde ex hoc tenebat reuocare. unde posito quod cessat una ratio non cessat per hoc iuris dispositio infra. d. nup. s. affinitatis. hanc preter succincte sentit hic do. an. et glo. in verbo libera. in. c. ij. d. supple. neg. prela. li. vi. f. ego firmiter teneo per istum tex. ea que superius dixi et facit c. si diligenti. de foro com. pe. ubi dicitur non valere iuramentum in preiudicium iuris publici facit. c. ij. s. e. et reuocando glo. nostras ad concordiam dicit quod prima pars fundatur super ratione iuramenti et de facto tollit excusationem de non reuocando. Secunda pars fundatur super alia ratione tex. f. de iure in preiudicium dignitatis alienare non poterat. Et quod dixi regem vel imperatorem non posse alienare in preiudicium regni. intelligit notabiliter hic Inno. de alienatione per quam leditur grauis dignitas regalis. non enim per hoc interdicitur omnis donatio vel alienatio quod bene notabis. Nam proprium regis et principum est donare in. c. i. de dona. et idem et Jo. an. in dicto. c. gratia. el. i. et facit quod ibi nota. glo. vnde dicit in plato qui iurat non alienare in consulto papa non enim debet intelligi de modica alienatione quia iuramentum non extenditur ad verisimiliter non cogitata. s. eo. veniens et de istis modicis non videtur cogitatum. cuius sunt exclusa a solemnitate debita. xij. q. ij. terrulas. et ita determinat Fre. consilio. c. iij. et sic iunge cum hoc dicto Inno. et nota. Alterius aduerte allegatur promittere iste tex. quod alienatio facta contra iuramentum non tenet etiam si sit iurata unde glo. nota. in. c. licet. f. eo. li. vi. per istum tex. dicit quod si mulier iurat non alienare bona dotalia vel sibi donata propter nuptias sine legali solemnitate si postea alienat et iurat non contrarietate non valet alienatio quia vltimum iuramentum fuit primo licite contrarium. Et pro hoc ego oppo. de. c. sicut. d. spon. ubi valet iuramentum contra iuramentum et dicit Inno. in. c. dilecto. de pben. quod si iuratur non alienare libere si postea alienat valet alienatio l. sum prius ad idem quod non. Jo. an. in regula quod semel placuit. d. re. iur. li. vi. et. xij. q. ij. c. vnaqueque ubi pcludit quod l. q. iurauerit non mutare

testamentū tamen si mutat tenet scōz licet testator sit periuus quia nullibi reperitur q̄ actus gestus cōtra iuramentū non valeat. contrarium videtur difficile et hic per aliquem non tactum Ego dico sic q̄ quādoq̄ actus dispositio dependet a mera voluntate seu facultate iurantis et tunc procedit contrarium ut valeat alienatio etiam non iurata contra iuramentū prius p̄stitū licet iurans sit periuus. quādoq̄ actus dispō non dependet a mera facultate iurantis. ut q̄ interdicitur a lege favore ipsius iurantis Exemplū i muliere et minore in. c. cum contingat. s. eo et in anc. sacra p̄berū c. si aduersus vendi. Et tunc actus etiam iuratus cōtra p̄mū iuramentū non valet sic intelligo glo. d. c. licet. Ratio quia actus sine iuramento erat ip̄o iure nullus obstante prohibitione legis. Ratio autem iuramentū sustineri non potest quia iaz obligauerat se deo per prius in contrarium et sic fuit illicitum Idez et fori q̄ actus prohibetur ratione publice utilitatis. tūc enī f̄m iuramentū non valet contra p̄mū duplici rōne Prima quia est illicitum cum sit contrarium p̄mo licito. Secūda quia tendit in p̄iudiciam alterius ut. s. dixi Et iste ē propius casus huius. c. Et per b̄ potes decidere questionem notabilem quam ponit gal. de cal. s. eo. cum contingit. p̄datus iuravit nō alienare bona ecclesie in consulto papa ut p̄muniter hodie iuratur denum alienat contra iuramentum an teneat alienatio et concludit ip̄e consulendo in questione facti q̄ sic ita q̄ ratione iuramenti sollicitudo nō venit reuocanda quia regulariter tenet actus contra iuramentū ex quo. l. aliter non resistit ut. s. de clarari et tenet etiam archy. in. c. si a sede. d̄ p̄berū. li. vi. et spe. de emp. et v̄. s. tercio loco. v̄. quid ergo. in. fi. Quid autem si iurans non alienare locauit p̄ centum annos nūquid erit per iuris. pro et contra facit quod notat glo. in de. i. d̄ rebus eccle. non alie. Ibi tamen finaliter glo. ista cōcludit q̄ ille qui non potest alienare nō potest locare ad centum annos recitat tamen accur. tenuisse contrarium in. l. penul. ff. de le. ij. Gal. in p̄allegato loco dixit q̄ alienationis verbum proprie sumptuz intelligitur quando directe transfertur dominium et licet non alleget. et tex. ē in. l. si. ff. de fun. dotali. Sed quia materia alienationis rei ecclesiastice sumit largissime. phibit alienare prohibetur locare per centum annos. Item non potest pignozare ut nō. xij. q. ij. in summa. Sed proprie sumpto vocabulo qui locat non alienat ut dicit glo. in. l. i. s. quod autē. ff. de sup̄. et. l. si. ff. si ager. vec. peta. iuramenta autem sunt stricti iuris. Ideo scōz cum non extenduntur ad alienatōez improprie sumptuz ut est locatio ad centum annos. locans ergo ad tantum tempus non est periuus. allegat qd̄ i sili nō. in. c. ut sup̄. d̄ re. ecc. nō alie. Nō tamē dicit q̄ locatio teneat. Ego d̄ hac decisione dubito. et pot̄ tenere oppositū. q̄ iuramentū p̄stitum intelligitur f̄m qualitates

materie qua p̄statur. unde assumit omnes tacitas conditiones et restrictiones et ampliationes f̄m naturā materie qua p̄statur ut in. l. si. L. d̄ p̄di. inde. et. l. vlti ma. ff. qui sati. cogā. nō. bar. i. l. si societate. s. arbitro rū. ff. p̄ loco. et Inno. i. c. per tuas. d̄ arbi. p̄bat. s. c. quēadmodū. Sed v̄bum alienatio intelligitur largissime in materia alienationis rei ecclesiastice ut ip̄emet Gal. p̄stetur et probat i. c. nulli. s. i. d̄ re. eccle. nō alie. et qd̄ ibi nō. in glo. ergo iuramentū. de nou alienando sup̄ ea p̄stitum debet intelligi largissime. et ut pueniat materie subiecte. et hoc credo vez

**Vheri** Casus. Si mulier iuravit alii quem esse suum maritū et succubuit quia aliter nō probauit nō datur nec denegatur ei licentia cū alio contrahēdi. Diuidit quo ad intellectū quia p̄mo ponitur questio. Secūdo solutio et ratio ibi nec. Nota p̄mo q̄ licet matrimonium sit res multū favorabilis et in. c. ex litteris. s. de proba. et. c. si. de re. iudi. cum similibus non tamen intrin ut super eius contractu stetur solū iuramento asserentis tractum. Nota scōdo q̄ periuurium non impedit contrahi matrimonium sicut nec excomunicatō ut le. et nota. in. c. si significasti. de eo qui duxit i mat̄. et crimina impediencia matrimonium vide p̄ glo. in. c. ij. de pe. et remis. et quod ibi nota. Tercio nota iuncta glo. si. q̄ ubi concurrunt due p̄sumptiones quantum via alteri non preponderat. sed sunt parie potencie inuicē se collidunt simile i. c. litteras. de p̄sump. Nota q̄ regulariter d̄z ecclesia prohibere ne quis veniat p̄tra. p̄prium iuramentū facit. de spon. ex l̄is ij. probatur enī hic p̄ locum a speciali. Nota vltimo q̄ ubi agitur de dubio peccato quis relinquendus est p̄scie sue. Glo. i. diuiditur in duas partes. i. p̄ma queritur an vir iste fuerit legitime absolutus et respondet q̄ sic quia actore non. pbante reus d̄z absolutus ut in iuris allegatis in ea. Sed p̄tra hoc ego oppono sic. post iuramentū delatū parti nihil amplius debet queri q̄ h̄z vim trāfactōis. l. i. et. ij. ff. de. et. l. i. L. eo. et tex. in. c. et si x̄ps. s. e. dic q̄ ois p̄trouersie finis est iuramentū f̄ ista mulier i iudicio iuravit istū v̄z p̄traxisse secū matrimonium q̄ d̄z sibi ad iudicari cū actio sibi p̄petat ex iuramento. l. actori. L. eo. et. l. si duo. s. marcell. ff. de. s. o. dic p̄trariū p̄cedē si iuramentū f̄uiss̄ delatum huic mulieri i supplementū p̄batōis f̄ tex. loquit de alieno iuramento. forte ei exegit index iuramentū de veritate dicēda. s. c. ex l̄is. et p̄fessio sc̄a vigore t̄lis iuramenti p̄iudicare p̄t p̄stari si aut. p̄dasse q̄ regulariter si valet p̄fessio ad p̄prium p̄modū p̄stari. xij. q. ij. i. p̄n. v̄. l. ed̄ f̄m Jo. an. d̄ p̄fessione mulieris facta in positōibus suis quas suo posuit sacramento iuxta. c. cū in positōnibus. f̄. eo. ti. li. vi. Venio nunc p̄p̄tenti ordine ad scōz p̄te glo. pone enī q̄ mulier habuisset vnum



nam sicut posset de nouo p̄trahere ita posset deferre  
iuramentū actori l3 semiplene. vel nihil p̄bet ut in opi  
nione bar. Et semiplene actor p̄bat et hic est casus ma  
gis dubitabilis. in quo sic distinguo q̄ aut querit de  
iuramento voluntario aut necessario. p̄mū potest de  
ferri reo cum veniat absoluendus. ex quo plene nō cō  
stat de matrimonio. ē enī hoc fauorabile matrimonio  
d. c. attestaciones. Actor aut potest deferri si raris si  
bi soli p̄iudicat rōne p̄dicta. secus aut si p̄iudicaret al  
teri matrimonio de quo p̄staret q̄ nō posset transigē  
tunc et sic nec iuramentū deferre in p̄iudiciū alterius  
matrimonij iuxta nō. in. d. c. h. d. clamdest. despō. Se  
cundum. i. iuramentū necessarium indubie potest de  
ferri reo. d. c. attestaciones. q̄ actor nō p̄t p̄uari ex  
quo suam intentionē plene probare nō potest. nec per  
hoc iuramentum p̄iudicatur iuri suo. q̄ q̄ncūq̄ p̄st  
tenit de contrario retractabitur attentatum ratione iu  
ramenti ut. s. dixi. et facit. l. admonendi. ff. e. c. In aut  
actori possit deferri est satis dubiū. p̄pter arduitatem  
cā. Ego indubie crederē p̄ tex. c. h. i. co. iuncta. l. iij.  
§. q̄cūq̄ p̄al. hoc fore relinquendū discretio iudicis  
arbitrio ut p̄sideratis omnibus qualitibus et circū  
stantijs p̄sonarū et cause deferat vel nō deferat. Quid  
aut si actor est optime vite. et petit puellā se inferiorē  
vel equalē et habet de p̄tractu vnum. p̄batissimū te  
stem vel forte habet duos testes quoz vnus est non  
omnino integer. et sic habet plus q̄ semiplenā p̄bat  
diem certe satis potest ad iuramentū recurrē. Nam  
nullus tex. dicit iuramentū nō deferendū in cā ardua  
sed iudex p̄t inspectis p̄sonarū et cause circūstantijs d  
ferre illud actori. i. co. c. h. i. §. i. p̄t ergo semp q̄n circū  
stantie et qualitates p̄sonarū suadent. optime facit q̄d  
habet in sili in. c. cū cā. de raptō. et glo. in hoc nōbilis  
in. c. vidua de regu. Tenio ad scdm mēbz p̄ncipa  
le q̄n p̄stat de matrimonio sed disputatur d aliquo im  
pedimento et distinguere p̄ omnia ut dixi in p̄cedētī  
mēbro eo saluo q̄ stans p̄ matrimonio nō possit defer  
re iuramentū stanti p̄tra matrimonij ut in. c. h. de  
posset exp̄sse transigere p̄tra matrimonij ut in. c. h. de  
transac. et c. sup. eo. de eo qui cog. p̄sang. ita nec tacitē  
deferendo iuramentū et in hoc casu posset saluari illa  
opinio bar. nō enī est recedendū a matrimonio nisi p̄  
veras p̄bationes seu plenas de impedimento. de testi.  
c. l3. ex quadā in fi. In aut iudex possit deferre i quo  
non cadit timor collusionis ar. c. nisi. de p̄ben. dico  
arbitrariū put. s. dixi i p̄cedētī articulo. facit dictū. c.  
licet. vbi p̄bationes de p̄sanguinitate nō sunt necessa  
rio p̄cludentes. et tñ dissoluitur matrimonij de quo cō  
sabat. Credo tñ q̄ nisi p̄somp̄tiones p̄ asserēte impe  
dimentum sint multum vrgentes non debet iudex p̄  
cedere ad delationem iuramenti p̄ rātonē dicti. c. licet  
in fi. et per hoc habes hunc articulum clarissime disti

nitum. Et ex his potest deddi p̄sillo questio an in cā  
monachationis sit locus huic delationi iuramenti gl.  
in. d. l. iij. §. quācūq̄. tenet q̄ non p̄pter arduitatem cāe  
Et ut refert Jo. an. i. co. c. h. dicit posse deferri. Et  
si esset iuramentū voluntariū vel iudiciale necessaria  
erit superior auct. sicut in alienationibus rez. xij. q. ij.  
sine exceptione. et x. q. ij. hoc ius. Secus in iuramento  
necessario. ad hoc. ff. de rebus coz. l. iij. §. item q̄ritur  
et hec sunt verba. L. y. in. l. i. boni dei. L. e. ti. sed ipe  
L. y. in additione dixit moderniores tenere iuramen  
tum non deferendū in cā monachationis. q̄ vincula  
aucte dei imp̄ssum non p̄t p̄ inferiorē tolli. et hec sibi  
placent. Sed certe hec ratio tollitur p̄ ea que dixi i p̄  
cedenti articulo Bar. in. d. l. iij. et d. an. dicit sicut. s.  
dixi in causa matrimoniali Ego dico latius p̄ omnia  
ut. s. dixi. quia in hac cā est eadem rō que in cā matri  
moniali. et vide glo. notabile in. d. c. vidua. de reg. que  
vult posse deferri. Sed reduco illam ad distinctiones  
quā. s. sed in p̄cedenti q̄one. et vide q̄d le. et nō. in. c.  
cum cā. de raptō. Et. ij. est clara vsq̄ ad. y. lau. ibi ta  
cite oppo. de. l. naturaliter. §. nichil. ff. de acquirē. pos.  
vbi ille qui vendicare incipit rem potest redire ad inē  
dictum vti possidetis. nō obstante p̄rietate que ex  
hac vicissitudine oritur glo. soluit sed nō multū dare.  
dic q̄ ibi nulla est p̄rietas. p̄t enī quis agere rei vē  
dicatione p̄textu detentionis iuxta ea que habentur et  
notant in. l. officium. ff. de rei ven. et c. exaiata. s. d. in  
di. interdicto aut vti possidetis potest nūc agere rōne  
possessionis ciuilis. et dic plenus de intellectu illius  
l. vt dixi in. c. pastoral. et c. cū dilectus. de cā poss. et  
p̄prie. hec enī mulier nō p̄t excusari a p̄rietate cū  
de facto. p̄prio agens prius iurauit se cū illo viro con  
traxisse. Nūc aut petendo licentiā cū alio p̄trahendū  
dicit p̄suis oppositum. nā si vix iurauit nō p̄t p̄trahere  
cum alio. q̄ matrimonium prius legitime p̄tractū  
non dissoluitur ex eo q̄ alius transiuit ad alia vota s3  
per mortem naturalem dūtaxat. xxxij. q. vij. c. i. et. ij. et  
ideo quia ecclesia dubitat an verum an falsum iurauerit  
assumit viam mediam ut hic dicitur Sed tunc forti  
ter oppono ex quo hec mulier iurauit non debet admit  
ti volens venire p̄tra confessionem. p̄prie maxime iu  
ratam. quia q̄ quisq̄ dilata voce et. d. p̄ba. p̄ mas  
et. l. natural. L. de non. nu. pe. Sola. potest duplici  
colligi. ex dictis Inno. licet ipse non formet hanc op  
positionem. primo q̄ istud est speciale in matrimonio  
p̄pter periculum quod esset si continere cogatur vel  
aliter et pl<sup>o</sup> sibi pl3 q̄ post sniam l3 p̄tra suam confes  
sionem venire de quo renittit ad nō. i. d. excep. cū ve  
nerabilis. intellige hanc solutionē q̄n p̄siaz fuit p̄s  
sio rep̄bata ut h. et ita videt de mente Inno. ut apte ip  
se ponit i. d. c. cū venerabil. ante enī rep̄bationes vel si  
esset scdm eam p̄nunciatum non liceret p̄tra eā venire

De iureiurando.

ut in contrario nisi put non in c. si de p. et in d. c. cu venerabilis. et hac solucōnem nō singulariter qz habes casum in quo licet venire contra confessionē ea 35 iurata et ē rō. Nam ex quo iudex illam non recepit nec pars approbavit nō potest super illa se fidare et cogere ptem ad obseruanciam. ut in regula ex eo. de re iur. li. vi. et in c. cum olim. de cōsi. vide ad materiā qd nōt. gl. xxx. q. v. §. bis ita. et i. aut. qui po. in pig. ba.

Item si possessor. et quod nō. spe. in ti. de excep. §. vfo. et. v. qd econtra colū. v. z. bonum tex. in c. h. de eo qd mit. in pos. iuncta glo. tertia. Ultimo queritur qd faciet iudex si mulier volens contrahere petat bāna poni quod de iure est ut i. c. si. de clā. def. de spō. Solutio dicit hosti. qd epus debet illā monere ad cōtinentiam ar. in. c. discretōne. de eo qd cog. p. sang. Si vero non potest illam inducere precipiat bāna publicari cū p. testatōne huius decre. l. qd per id nō intendit dare licentiā vel denegare sed illā p. scie sue reliquere. denegare autē bāna nō debet. qz denegando p. ambula p. tractus denegaret p. tractum p. tra hāc l. rāz. dicit Jo. an. dicit posse qd licet p. testatio p. dicta sit vtilis in hoc casu. nō tñ est necessaria. all. ff. de iudi. nō videtur dic clarus qd nullio bānoy non fit ad dandā licentiā sed potius ut ex causa legitima si qua subest interdicitur matrimonium rē.

**Leticus.** Qui iuravit seruare

statuta edita et postea per illud iuramentum aliter non iurando p. mit sit seruare edenda seu postea edita non tenetur ex iuramento ad noniter edita hoc dicit scdm vey intellectum. p. dūmo ponitur questio scdo solutio ibi licet.

Nota pmo dicitur licite iurare de seruandis statutis ecclesie sue. Idem videtur dicendū de epō ar. viij. q. iij. artaldus Quid aut si in volumine statutoy reperitur aliqua illicita dicit ut habetur in. c. i. li. vi.

Nota scdo qd iuramentum d seruandis statutis ecclie refertur ad statuta subsistentia scdm tempus iuramenti et non ad statuta postea edita. ita colligit h do. an. qd non colligitur ex lra nec est verum qm restringit se iurans ad statuta edita ut patet in tex. ibi edita. merito iuramentum non extendebatur ad postea edenda ar. i. c. sicut. j. de spon. Quid aut si indistincte se obligasset ad obseruanciam statutoy dicam latius j.

Nota qd lz qd teneat ad obseruanciam nude pmissio nis. s. de pact. c. i. et scdo et. xxij. q. v. iuramenti a do ut dicat ibi deū nō facere dnam inter iuramentū et simplicem pmissionem tñ solidius est pactū seu pmissio vbi interuenit iuramentū vt exp. s. ius pbatur. xxij. q. i. c. i. et ea. c. q. ij. aiaduertendū. et. c. sup eo de p. sang. z affi. vbi bo. tex. cum glo. z rō. j. subij. def. Oppo. et videtur qd debeat iuramentū extendi ad edita z edē da p. l. si. L. que res pig. ob. po. vbi dicit qd si qd ob-

ligat bona sua videtur obligare nedn pntia f etiā futura. do. gl. sentit hoc p. trariū z dicit qd ideo nō extenditur ad futura qz nō debet extendi iuramentū ad ea de quibus nō fuit verisimiliter cogitatu et que postea accidunt sicut dicimus in transactione. l. cū aq. liana. ff. de transac. b. en si fuit cogitatu. nisi h p. sentib. cur iurauerit solum obseruare statuta edita. An nō potuit postmodum ex nudo p. sensu extendere iuramentū ad edenda vel nouiter edita vt lra inuinit et ē satis bona responsio sic ordinando glo. vt dixi. hosti. respon. det magis specificē ad p. trariū dicit en qd illud ē fauorabile. Sed illud. l. vt iuramentum extendatur est odiosum et periculosum. et eodem modo rīdet ad. c. qz circa de p. uile. et. ff. de seruitu. v. ba. p. di. l. qz seruit?

Idē bene hoc dicit qd iuramentū est stricti iuris. vnde non debz defacili extendi p. pter periculū p. iurij Idem nō Bal. s. eo. cū p. tingat dixi in. c. intellectu. s. eo. optime facit tex. in. c. cur clerici. de ver. sig. et. s. e. veniens. z. c. quinquauallis Jo. an. non placet hec solutio hosti. quo ad istum tex. quia vbum edita positum in iuramento soluit contrarium. facit scdm eum. ff. de ver. sig. cū stipulamur Ex hoc sentit Jo. an. et clarus do. Lar. qd si non fuit oppositū verbū edita sed simpliciter iurasset seruare statuta obligaretur etiā ad edenda quod mihi nō placet qz p. pter metū p. iurij iuramentū est grauis p. iudicij et stricte interpretationis ut p. dixi ideo nō ē extendendū imo potius restringēdi ut non p. phendat id qd ex lata verboy significatōne posset p. phendere. d. c. cū clerici. z. s. eo. ad nostrā. iij. z. c. quinquauallis. voluit Archy. in. c. ne qd. xxij. q. ij. posset tñ sic distingui qd aut illa statuta que postmodum fiunt nō sunt multū p. iudicialia et extenditur iuramentum ad illa ar. illius. l. si. L. que res pig. ob. po. z qd ibi nō. quāqz p. iurij sit in se grauisimū p. iudicij. tñ debemus attendere nō ad id quod venit accessorie s; ad id ad quod iuramentum obligat p. n. cipaliter. l. ad statuta fienda qd sūt modicū p. iudicij sicut si obligo bona mea simpliciter veniūt etiā futura quomodo in obligatione agis de modico p. iudicio ad p. missa facit. l. i. ff. d. au. tu. et b. exp. se voluit bar. in. l. si stipulatus. §. cū stipulamur. ff. de ver. ob. Aut sunt grauis p. iudicij et iuramentū ad illa nō extendit ar. in. d. §. cū stipulamur. z in. l. si mā dauero. §. is cui. ff. mandati z. c. felid. cis. §. vey. d. penis li. vi. vbi habetur qd publicatis bonis alicui simplr nō veniūt bona futura z b. p. pter g. nitate p. iudicij z sic reducit ad p. cordiā cū. d. l. si. L. q. res pig. vt ibi nota. z hec nō b. s. qd aliter p. tra tex. b. z p. tra oppo. videt en qd lz nō teneat vigore p. mi iuramenti d; tñ obligari vigore scdi. nā p. mittendi p. p. mi iuramentū videtur iurare saltē p. creaturā valz en iuramentum interpositum per creaturam se creatā et factā vt. s. e. z. l. xps do. Jo. cal. sūt b. i mirabili opinione

*Iuramentum non debet extendi ad futura nisi si cogitatum fuerit*

*Iuramentum est stricti iuris et non debet extendi ad futura nisi si cogitatum fuerit*

*Solutio ad p. qd teneat ad obseruanciam nude pmissio nis. s. de pact. c. i. et scdo et. xxij. q. v. iuramenti a do ut dicat ibi deū nō facere dnam inter iuramentū et simplicem pmissionem tñ solidius est pactū seu pmissio vbi interuenit iuramentū vt exp. s. ius pbatur. xxij. q. i. c. i. et ea. c. q. ij. aiaduertendū. et. c. sup eo de p. sang. z affi. vbi bo. tex. cum glo. z rō. j. subij. def. Oppo. et videtur qd debeat iuramentū extendi ad edita z edē da p. l. si. L. que res pig. ob. po. vbi dicit qd si qd ob-*

fatendo perarium. dicit enim quod licet iste transgrediendo  
nouum statutum non facit contra primum iuramentum  
tamen quod et secundum fuit iuramentum quod rem creatam vel factam  
adiacet scilicet iuramentum iste clericus debet dicit prius ad  
hoc ponderat istum textum in si. ubi ex debito precepti iura  
menti. eo. an. dicit hic hoc dictum. pcedere si constaret  
quod egerit iurare. Sed putat ipse quod iste iurare non inten  
derit sed iuramentum antiquum prestitum ad hoc exten  
dere ex promissione que non sufficit et hoc tenet archy. i.  
d. c. ne quis vult idem Jo. an. in addi. spe. eo. ti. in si.  
ubi. d. quod si subditus qui primo iuravit domino puenit  
quod illud iuramentum post ea extendatur ad alia non  
tamen sit extensio ut hic sicut per pactum possum obligare  
successorem non tamen per iuramentum ut nota. s. eo. v. in ad  
quasi iuramentum non extendatur ex simpliciter sensu  
sed exigitur expressa iuratio quasi forma iurandi sit de  
substantia ut hic melius quam alibi notabiliter probatur. per  
hoc etiam dixit abbas hic quod si quis afferit aliquid domino  
per sacramentum quod prius fecit non est prius licet sit  
illud falsum. quod intelligit Jo. an. et bene quod ad hoc pri  
mam iuramentum non extendebatur aliter. per h. etiam  
notanter dicit eo. an. quod si datur licentia notario vel iu  
dici ut extendat instrumentum. putat vult quod non possit ibi  
addere iuramentum vel stipulationem si formaliter non in  
tercessit quod non possunt hec simpliciter sensu suppleri cum  
habeant certam formam quod nota. et generaliter quod pos  
sit addere sapiens quando instrumentum est ad pluri  
um sapientis extendendum remitto ad bar. in. l. ex ea. pte.  
ff. de. v. ob. et latius in. l. illa institutio. ff. de here. insti.  
Ergo quantum ad principalem oppositionem supra factam  
distinguo sic quod aut is qui primo iuravit agit nunc exten  
dere illud iuramentum ad obseruantiam alterius actus  
non autem de nouo iurare ut quod dicit volo teneri virtute  
primo iuramenti vel promitto per primum iuramentum et non  
sit extensio ratione predicta nec etiam tenet ex nouo iura  
mento quod hoc non intendit et hoc iudicio meo voluit  
ista littera ibi quod promissit etc. non autem dicit quod iuravit quod  
facit apte contra Cal. et ita sentit archy. in. d. c. ne quis  
et glo. nostra. hic Cum ergo iuramentum dirigat in deum  
s. c. debitorum. r. c. et si christus. oportet quod obliget se deo  
directe quod non fit quod agit solum iuramentum extendere  
nec firmat promissum per religionem deo debitam sicut debet  
facere iuramentum. s. e. c. et si christus. Aut intendit nunc  
iurare adhibendo primum iuramentum et potest hoc pro  
rari dupliciter. Uno modo quod intendat iurare per pri  
mum iuramentum sicut per rem spiritualem. ut quia  
dicit iuro per primum iuramentum sicut si diceret iuro  
per euangelia vel per sanctum petrum et hoc casu pro  
cederet dictum Cal. Secundo modo potest conside  
rari quod intendat per relationem ad primum iuramen  
tum exprimere formam prioris iuramenti. ut si dicat iu  
ro per primum iuramentum id est secundum formam ibidem

expressam. et tunc etiam credo quod obligetur ex nouo  
iuramento non quod extendatur antiquum. Nam video  
etiam quod ubi requiritur notabilis expressio non refert  
an exprimat nominatim an per relationem ad aliud  
ut patet in sententia quando iudex dicit condemnatio vel  
absolutio prout in actis continetur. ut non. in. c. pe. d. iudi.  
Ad quando refert se ad certum instrumentum ut no  
tat Inno. in. c. ij. de libel. obla. facit textum in. l. paul. de  
de len. que sine certa quantitate. et quod legitur et nota. in  
c. venerabilis. de excep. et de reli. do. cum venerabilis  
et precipue procedunt predicta eo attentio quod per iura  
mentum principalis obligatio acquiritur deo dicto. c.  
debitor. s. et. c. r. si christus qui non respicit ad verborum  
formam et corticem sed ad mentem se obligare volen  
tis. xij. q. v. si quid inuenisti. ut sicut in voto. nota. in  
c. litteraturam. de voto et per Inno. in. c. ex parte.  
de censu. r. c. portectum de regu. Et per hec concludo  
in materia quod si potest constare quoquo modo in foro aie  
vel iudiciali iste intendebat nouiter iurare obligabitur  
ex iuramento. ar. s. eo. r. si christus. et in dubio satis videtur  
voluisse iurare si expressit verbis iuro vel consite. et lic  
limita omnia predicta Ultimo oppo. videtur enim quod hec  
indagatio lre et predictorum sit superflua quia cum cer  
tum sit istum clericum obligari ex promissione non re  
fert an etiam teneatur ex iuramento quia inter iuram  
tum et simplicem loquelam deus non facit differen  
tiam ut in. c. iuramento. xij. q. v. do. glo. nostra tacite  
sentit et soluit quod respectu obseruantie. non est differ  
rentia quia pariter obligat ut in contrario. Sed in con  
trauentione est differentia quia maior penitentia impo  
nitur ei qui venit contra iuramentum etc. qua solutio  
nem nota. Jo. an. dicit hanc equiparationem proce  
dere quo ad genus non quo ad determinatum quanti  
tatem reatus dicit dicitur quod deus non facit inter ista dif  
ferentiam. s. quo ad interitum salutis quod uterque peccat  
mortaliter iuxta illud de quod incitatur occidit animam.  
sapientie primo. c. et in. d. c. iuramenti. ratione cuius  
quisque meretur priuari et priuatus est gracia dei et vi  
ta eterna. xxv. di. s. al. ea demum. sed respectu quantitate  
reatus magis peccat qui venit contra iuramentum et  
ideo maiori pena afficitur Ratio quod iste magis contem  
nit deum qui firmavit promissum suum per iuramen  
tum et transgressus est. xij. q. i. monet. et. c. i. et d. iu  
di. cum non ab homine. et. c. nouit. et. s. eo. querela.  
Ideo iuramentum adhibet maius vinculum de psan.  
et affi. super eo. et. c. preterea. ff. de spon. et tanto ma  
ius quanto id super quo prestatum est sanctius d. c. mo  
net. dixi. s. eo. et si christus. et. l. si quis maior. C. de trans  
acti. que nota. Nicolaus abbas.

**Iuramentum** hoc. c. h. pna  
paliter dicitur par  
tes secunda est in. s. sane. Et primo legam

istud principium quod pmaniter non summat. Sed p  
iuramentis summo sic. Iuramentum litis deorsum a  
iudice delatum sine iusta causa recusari non potest. Deda  
tum vero a parte licite recusatur et refertur. in actione tñ  
famosa non hz reo referre. Dividitur hoc principium in  
tres partes. pma tractat de iuramento necessario qd. s.  
defertur a parte pti. tertia retractat de relatione nō hēda  
p reuz in actione famosa. Secda ibi qñs tertia ibi nec  
liceat. Nōbilia hic aliter nō colligo qz esset replicare  
iam dicta in summatio et statim dicenda. Sed p de  
claratione ipsius totius materie opponit. videt enī lra  
sibi ipi p raria. Nam pmo dicit iuramentum nō pos  
se recusari. scdo dicit oppositum. Do. dic ut in principio  
glo. i. quā mēdus ordinando et dant? z latius materi  
am expediendo dicit sic qz quo ad ppositum nō iura  
mentum est duplex quo. Idē iudiciale qddā ex iudicia  
le. p dūm duplex qddā qd defertur a iudice pti qd  
appellatur necessarium qz sine iusta cā recusari nō potest  
vt in p. iuncta supra scriptōe z in. l. generaliter. L. d  
non nu. pe. Appellatur istud etiam litis deorsum  
sai declaratorium qz pstat ad litis decisionem ut in. l.  
ij. et. l. admonendi z. l. manifeste. cū si. ff. e. et in. c. z si  
p p. s. e. Et hoc iuramentum pducit actionem z de iu  
re civili. vt in. l. actori. L. eo. ti. et. l. si duo patroni. s.  
marcellus. ff. eo. et dicit ut ibi. Aliud quod defertur a p  
te parti et istud stat in nomine sui generis et appellatur  
iudiciale et istud recusari potest et refertur vt i scda pte b  
pncipij. quod an sit vez indistincte vt recusari possit  
dicam. J. latius et istud etiam iuramentū pducit actio  
nem vt dicitis legibus. Scdm pncipale. l. extraiu  
diciale appellatur voluntarium qz voluntate et ex pve  
tione ptiū suscipitur nec est necesse referre vt statim  
dicam in iudiciali. et de isto non retractatur hic scdm  
glo. Sed dicit qz non tractat explicite sed implicite fit mē  
tio a cōtrario sensu ibi quod in iudicio rē. quasi dicat  
si est extraiudiciale non potest referri nec etiam deferri  
nisi ex ipaz ptiū pventionē et dicit qz istud extraiudi  
ciale est multiplex. qddā assertorium de quo dixi. s. e  
si vero. quoddā obligationis introductorium vt qñ  
p iuramentum aliquid pmito. Quoddā pfirmatorij  
exemplum in. c. cum ptingat. s. e. et in. c. ij. de pac. li.  
vi. in aut. sacramenta puberū. L. si aduersus. ven. An  
antē ex quolibet istoz p ducatur actio nō est p p rē  
materia nostra. de iure canonico puto qz ex quolibet  
iuramento licito pducatur actio dūmodo materia sit  
a hoc apta qz ius diuinum et canonicum mandat iu  
ramenta seruari. s. e. et si p p. z. c. cum ptingat. z. c. d  
bitores. cū si. ergo ppetit ius agendi. l. statuas. ff. de  
a. quon. re. do. l. vii. ff. de p d. ex. l. nō. glo. in. c. auz  
liberum. de sepul. et. c. si canonici de offi. or. li. vi. z d  
hoc articulo plene p doc. in. c. cū venissent. de insti. vbi  
plurissime dico. Sed de iure civili Bar. fuit in singu

lari op. in. l. ij. ff. eo. dicit enī qz si iuramentum asserto  
rium est litis deorsum. hz extra iudicium pstat ppe  
tit actio et habet executionē paratā Exemplum si ex  
tra iudiciū aliqis detulit alteri iuramentū sup aliquo  
tractu seu p raria et ille iuravit qz dictum fuit vi  
sum in aliquib? legislis durum et mihi nunq placuit  
qz iura civilia dantia in h actione loquuntur de iuramē  
to iudicialiter pstatō ut innuitur in. l. actori. L. e. facit  
tex. in. l. si duo p roni. ff. eo. Et ratio quā ponit bar. in  
l. iij. s. si ex pventionē. ff. de re. iudi. De iuramen  
to obligationis introductorio tenuit bar. qz nō ppetit  
ius agendi p. l. si quis p eo. ff. de fideiuss. vbi ponit h  
dictum vide in h qd dixi. s. eo. cū ptingat. de p rima  
torio dicit etiam vt ibi dixi. Sed contra predicta z p rā  
tex. fortius oppo. videt enī qz iuramentū iudiciale non  
possit recusari nisi saltē referat deferentē aliter recusā s  
line cā debet p rari vt p fessus ut in. l. manifeste. ff.  
e. vbi dicitur qz manifeste turpitudinis et p fessionis ē  
nō iurare vel nolle referre iurandū. ad idē. l. delata.  
L. e. et. l. iurandū qd ex pventionē. s. ait p rator. ff.  
eo. vbi quasi idē hētur. Do. ex scda huius gl. pte pot  
colligi duplex solutio. pma qz p rarium loquit qñ p  
suscepit iuramentū sibi delatū a pte tñc enī hē necesse  
iurare aut referre. hec solutio nimis illa iura restringit  
que loquuntur indistincte. Secda est qz de iure antiquo p  
cedit p rariuz hodie vero sec? ut h. z. l. generaliter. L.  
eo. Et hanc solutionē sentit etiā gl. in dco. s. ait p rator.  
que dicit h iuramentū iudiciale hodie posse recusari p  
d. l. generaliter. hec solutio mihi nō plz. nū qz autan  
da est iurū correctio. ut in. c. cū expediat. de elec. li. vi.  
Lum qz nō ē verisile qd. l. delata posita in eo. ti. cori  
gatur p. l. generaliter. ibidē sequentē. Sed qd enī fuit h  
ibi posita lex delata Jo. an. ponit tertiam solutionem  
vt p raria iura intelligantur qñ sine cā vult quis recu  
sare. l. generaliter z h. c. loquat qñ ex cā. z sic illa iura  
p raria non corriguntur p ista sed glosantur z declarā  
tur z hanc solutionem tenet hic do. an. hz mentionem  
non faciat de Jo. an. z bar. in. l. generaliter. L. eo. re  
spondendo ibi ad p raria. hēc so. abb. olim mihi non  
placuit ad istum tex. Nam diligenter ponderetur p o  
bat qz etiā sine cā possit hoc iuramentū delatū a pte re  
cusari. cum enī loquens in principio de necessario qd  
defertur a iudice dicat sine causa iusta recusari nō posse  
z postmodū aduersatiue veniat. v. qñs. i. q dicit qz  
delatū a pte pti p rē licite recusari. dēt intelligi ut possit  
recusari sine cā qz alias nō veniret aduersatiue ad p rē  
dentia. nā dicitō qñs. ē pcedenti aduersatiua regularit  
vt nō. i. c. z si p p. s. eo. i. glo. in. v. tenet. z forte qdā  
moderniores legisse dant quartū intellectū ad istū tex.  
dicentes qz dicitō qñs. ponitur h aduersatiue in ho  
c iuramentum necessarium non potest sine iusta cau  
sa recusari etiam referendo. Sed iudiciale potest



recusari dūmodo referat. et sic tex. ibi ac referri. d3 in-  
telligi fm eos dūmodo referat. Iste intellectus videt  
satis coloratus. si improprie lram dū exponit illā di-  
ctōne ac pditionaliter. Nā ista dco ac ponit copula-  
tine vt sit sensus qd iudiciale p̄t recusari. et referri. mibi  
placet qntus intellectus que in duob' v'bis sentit hic  
hosti. et lat' bar. lz nō faciat mentionē de hosti. in. d.  
l. manifeste. vt dicam' qd iuramentū iudiciale qd a pte  
pti dēferi possit libere sine causa recusari etiā nō referē  
do vt pbat' hic et in. d. l. generaliter. §. sin aut. Rō qz  
pars nō pōt necessitare ptem ad iurandū vel ad refe-  
rendū ar. eoz qd dixi in .c. put de do. et pti. sed si iudex  
approbat iuramentū delatū a pte iubendo vt iuret tūc  
tenet p̄s iurare vel referre et sic pprie loquit' tex. in. d. l.  
generaliter. §. sin aut. Et h' casu. pcedūt p̄traria supius  
allegata. et hūc intellectū eē sentit' glo. in. d. l. delata. et  
in. d. l. generaliter. et in. l. in bonofidei. L. e. in. v. p. iur-  
dicem. etiā facit qd nō. in. l. de fidei cōmis. bere. §. si. i.  
glo. in v'bo hie. fateor tū qd lectura Jo. an. et bar. in. d.  
l. generaliter. est vā in se vt ex cā possit iuramentū reci-  
sari etiā p iudicē approbatū nō obstāte. l. manifeste. et  
L. p. d. l. generaliter. lz nō est simpliciter vera i se nec  
cessante. p̄batōe iudicis nō possit recusari sine cā p. s.  
dicta Circa p̄dicta querit' qd possit esse iusta causa re-  
cusari iuramentū necessariū vel iudiciale a iudicē appro-  
batū. dic qd multiplex v'puta si is cui dēferi nō est bñ  
informa' de materia. ar. in. l. marcellus. ff. rerū amo-  
vel est talis materia sup qua nō pōt pueniri vel actor  
plene p̄bauit. s. de p̄ba. c. sicut. et mltas p̄siles causas  
vide p bar in. d. l. manifeste. In aut' ex pte rei sit cā le-  
gitima recusandi qz actor nihil p̄bauit dico qd sic hoc  
sentit Jo an. h' in duplici loco. p̄mo in tex. sup v. nihil  
aliud p̄stinit. Secō sup gl. h. sed iudicio meo hoc p̄-  
batur in. l. in bonofidei. L. e. vbi dī qd causa cognita de-  
cidi lis d3 p iurandū ergo nō ex simpliciter et volūta-  
ria dclatione. Ad idē iura vulgaria qd dicant reū absol-  
uendū actore nō p̄bāte etiā si nihil p̄stinit vt h' et c. vñ  
co. vt ecclesiastica bñficia cū similib'. Et h' videt' sen-  
tire glo. et bar. in. d. l. in bonofidei. et l. admonendi. et  
hoc intelligo indistincte sine dēferat a iudicē sine a pte  
Nā si ex hac cā possum recusare iuramentū necessariū  
fortius iudiciale maxie tenendo qd dixi iudiciale nō ar-  
tare nisi approbet a iudicē et sic limita dictas. l. man-  
feste. delata. iurandū. qd ex cōuentiōe. §. ait p̄tor.  
palle. et h' nō. qz multū decipiūtur credētes qd i differē-  
ter possit actor iuramentū dēferre reo. Nā in tex. in. d.  
l. generaliter. aperte dicit iuramentū necessariū et iudi-  
ciale posse ex causa recusari. hec aut' causa est satis legi-  
tima ex quo actor nihil probat vt p̄dixi. facit quod sen-  
tit Jo. an. in. c. l. de clamdesti. despon. et tex. in. c. h. e.  
ti. et quod dixi. s. e. mulieri. Et hāc op̄inōne aptissime  
tenet spe. in. ti. de iur. oeda. §. i. v. sin autē actor. nisi in

casibus in quibus iura dēferūt iuramentum reo etiā si  
actor nil probat. vt in. l. si. §. sane. L. de his qd ad ecc.  
p̄su. et l. vltima. L. de h. instru. de iure deli. l. si. §. licen-  
tia. cū si. Quero vltim' an post iuramentū delatū  
possit recedi p nouas p̄batōnes incontrariū reptas.  
glo. ista in tertia pte distinguit qd aut iuramentum fuit  
delatum a iudicē et pōt postea p̄bari contrarium aut a  
pte et nō pōt recedi vt. l. admonendi. ff. e. et l. l. et quod  
ibi nō. L. eo. quod intellige etiā si pars aduersa velit  
p̄bare p̄uarium. dices tu qd est diuersitatis rō cum iura-  
mentum necessariū deberet esse maioris roboris q̄ in  
iudiciale. dic qd rō diuersitatis est hec. qz decisio litis fa-  
cta p iuramentū iudiciale habet vim trāsfactōis. vidē  
em pars dēferens trāsigere si alia pars iurauerit trāsfac-  
tio aut nō infringit p̄tētu. p̄batōnū nouiter reptar-  
um. l. sub p̄tētu. L. de transac. Iuramentū vō ne-  
cessariū dēferi sine p̄sensu ptis. et sic non pōt hie vim  
transfacionis et qz fetur' sententia ex p̄batōne non in-  
tegra sine ptis consensu p̄mittunt iura vt ex p̄batōnū-  
bus nouiter reptis possit retractari quod actus est vi-  
gore talis iuramenti. d. l. admonendi. et vide aliq' pul-  
era dicta qd circa hoc vltimum dixi in. c. p̄posuisti. d. p̄-  
ba. limita p̄imum membrum vt non possit retractari  
gestum vigore iuramenti iudicialis nisi vertatur anime  
periculum non remissibile p̄sensu partium vt in matri-  
monio carnali et similibus. vt notanter dicit hic hosti.  
et in. c. mulieri. s. eo. et ibi dixi. Item fallit in casu. l. si.  
L. e. vbi quando petitur legatū et non aperte testamē-  
to dēferatur iuramentū. Et em postea reperitur in tes-  
tamento nihil relicū pōt a tali iuramento recedi. Et  
hoc ideo quia iuramentū vt. s. dixi habet vim cuiusdā  
trāsfacionis. l. h. ff. e. Trāsfactio vero fieri non pōt nisi  
cognitis verbis testamenti vt. l. de his. ff. de transac.  
et de hoc p glo. in. d. l. si. Ex his infer' ad limitatio-  
nem illius p̄ime limitationis quā. s. dedi fm hosti.  
Nā vbi imminet peccatum nō remissibile p partes  
nō potest fieri irtractabilis transactio p. c. si. et qd ibi  
nō. de transac. et c. sup. eo. de eo qui cognoscit p̄ang-  
merito si post iuramentum constat de contrario debet  
fieri omniū retractatio et tene menti hanc rationē. Et  
notabis bene hanc glo. in eo qd dicit a iuramento p in-  
dicem delato posse recedi propter nouas p̄batōnes  
nec facit vim inter species p̄batōis hoc dico notan-  
ter quia textus in. l. admonendi. loquitur de instrumē-  
tis nouiter reptis. hinc Bar. ibi in sineformat que-  
stionē an per nouos testes possit pariter recedi et post  
